



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

Cl. Tredecim Decreta de Officiis Sanctorum pro Congr. Reform. Cistercien.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

ANNO  
1710.

CLEMENS UNDECIMUS.

487 ANNO  
1710.

Damnationis,  
& prohibitio  
libri cum  
mandato il-  
lum tradendi  
Ordinariis ,  
vel Inquisi-  
toribus.

prio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitude supradictum librum ubicunque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione hucusque impressum, aut in posterum (quod absit) imprimente tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, sed retineri prohibemus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, nec non omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis sub pena excommunicationis per contrafaciennes, ipso facto absque alia declaratione incurrienda, a qua nemo a quoquam præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutis, absolutionis beneficium valeat obtinere omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque librum hujusmodi penes se habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum statim atque præsentes literæ eis innotuerint locorum ordinariis, vel hereticae pravitatis inquisitoribus tradere, atque confignare teneantur, hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri carent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Clausula.

§. 1. Ut autem eadem præsentes literæ omnibus facilius innoteantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basiliæ Principis Apostolorum, ac Cancelleria Apostolica nec non Curia generalis in Monte Cittatorio, & in acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, itaut sic publicata omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent: ipsarum autem literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eamdem prorsus fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum in Arce Guandalphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscat, die VI. Junii MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

C.

Conceditur Fratribus Carmelitis Excalc. Congregationis Italæ facultas fundandi Hospitium in Civitate Ulyxiponen.

Interdictum fuit Carmelitis Discalceati Congreg. Hispania adificare Cœnobium in Oppido de Bilbao a Clem. X. Conf. ed. 1673., Maij 6., P. 3. Et Bened. XIII. Conf. ed. 1726., Feb. 9. P. 2. confirmatur privilegium erigendi novas Domus cum sola licentia Ordinarii.

Dat. 28. Aug.  
1710. An. 10.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Preces  
Congregationis, &  
causa erigen-  
di d. Holpi-  
tium.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Excalceati nuncupati Congregationis Italæ Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, quod ipsi Hospitium in Civitate Ulyxiponen, tam pro eorum Conventus Goan., ac Residentia Oppidi, seu loci de Diu, quam Sacrarum Missionum illarum partium ipsorum cura, & directioni Commissionarum manutentione fundare, & erigere intendunt, si nostra, & hujus S. Sedis sibi super hoc licentia suffragetur, & facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum consilio, eidem exponentibus Hospitium prædictum in Civitate Ulyxiponen, ad præmissorum effectum auctoritate nostra Apostolica fundandi, & instituendi facultatem, & licentiam, eadem auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartiuntur; salva ratione semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis neconon quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis præfatorum, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficierenter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robre permansiris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrarius quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat, die XXVIII. Augusti MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Concessio  
præd. facili-  
tatis.

Clausula.

Confirmantur tredecim Decreta Congregationis Rituum, quibus Congregationi Reformatæ Monachorum Cisterciensium conceditur facultas recitandi Officia complurium Sanctorum quibusdam ritibus, & modis.

Conf. ed. 1705. Dec. 23. P. 6. confirmatus fuit cultus BB. Teresiae, & Sanctæ Monial. Ord. Cisterc. & Bened. XIII. conceditur Indulg. Pleinari. in Festa S. Stephani III. Abbatis Conf. ed. 1724. Jul. 4. Pont. 1.

CLEMENS PAPA XL

Dat. 23. Sept.  
1710. An. 10.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præpositorum ad supplicationem tam dilecti Filii nostri Joannis Mariae S. R. Ecclesiæ Cardinalis Gabriellii nuncupati, qui in minoribus constitutus professionem Regularem in Congregatione reformata Monachorum S. Bernardi Ordinis Cisterciensium emisit, quam nonnullorum tunc existentium Superiorum dictæ Congregationis Reformatæ emanarunt tredecim Decreta, tenorum, qui sequuntur, videlicet -

§. 1. Congregatio S. Bernardi Ordinis Cisterciensis. Sacra Rituum Congregatio referente Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriellio, ad humillimas preces P. D. Joannis Francisci Rota Vicarii Generalis Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulxit Monachis Congregationis predictæ S. Bernardi utriusque sexus, ut licite elevate possint officia Sanctorum Roberti Abbatis in Anglia, Lutgardis Virginis, Hedwigis Reginae Poloniæ, & Thomæ Episcopi Cantuariensis, & Martyris a

Referuntur  
præd. Decre-  
ta edita pre-  
cibus Car-  
din. Gabriel-  
lii, & Supe-  
riorum d.  
Congrega-  
tionis.

Primum  
Decretum;  
de celebra-  
tione festo-  
rum sub ritu  
duplici. &  
2. classis.

Ritu semiduplici ad duplitem, & officium S. Roberti Abbatis Institutoris Ordinis Cisterciensis a Ritu dupli ad duplitem secundæ Clas̄is, necnon, ut libere, ac lice posſint celebrare sub Ritu dupli nonnulla festa Sanctorum ejusdem Instituti cum officiis, ut infra indicantur. Die 2. Martii S. Aelredi Abbatis Rievalis. Die 5. Martii S. Petri de Castro novo Martyris cum lectio- nibus defumptis ex literis ab Innocentio PP. III. scriptis super ejus Martyrio. Die 13. Martii S. Heldradi Abbatis Novaliciensis. Die 1. Aprilis S. Hugonis Abbatis Bonevallis. Die 18. Junii S. Elisabeth a Schonaugia Virg. Die 17. Septembri S. Sancte Hildegardis Virginis. Die 8. Octobris S. Martini Abbatis Vallis Paradisi. Die 13. Augu- sti 1701.

*Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis.*

Secundum Decretum.

Sacra Rituum Congregatio referente Eminen- tiss., & Reverendissimo Domino Cardinale Gabrieilio, ad humillimas preces P. D. Francisci a S. Benedicto Visitatoris Provincialis Provinciae Romanae Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulxit Monachis utriusque sexus Congregationis S. Bernardi prædicti Ordini, ut infra octavam Festivitatem Sanctæ Schola- sticæ Virginis recitare possint lectiones proprias approbatas pro Officio ejusdem S. Scholasticæ re- citando singulis mensibus, & ut die 28. Novem- bris recitari possint sub ritu dupli officium S. Columbani Abbatis cum lectio- nibus approbatis pro Congregatione Cassineni. Item benigne con- ccessit, ut libere, & lice possint celebrare sub ritu dupli nonnulla festa Sanctorum Ordinis Cisterciensis cum Lectio- nibus, ut infra indica- tur. Die 14. Januarii S. Guarini Episcopi Sedu- nensis, & Confessoris. Die 26. Januarii S. Al- berici Abbatis Cisterci. Die 27. Aprilis S. Fran- chae Virginis. Die 15. Julii S. Balduni Abbatis Reatini. Die 8. Augusti S. Famiani Confessoris. Die 4. Decembris S. Galgani Confessoris. Die 3. Decembris 1701.

*Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.*

Tertium Decretum.

Cum Sacra Rituum Congregatio referente E- minentiss., & Reverendiss. D. Cardinale Gabrieilio sub diebus 13. Augusti, & 3. Decembris 1701. Monachis utriusque sexus Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensium, festa, & officia nonnullorum Sanctorum posse celebrari, & recitari benigne concesserit; Ad humillimas modo preces P. D. Joan. Francisci Rotæ Vicarii Generalis Congregationis prædictæ ejusdem ut supra indulxit posse recitari sub rite dupli officio S. Amadei Episcopi Lauzanensis, & Confessoris die 28. Januarii, & S. Raymundi Abbatis de Fitero die 15. Martii, atque etiam omnes supradictas Orationes, & Lectiones proprias in festis, ac officiis Sanctorum ejusdem Instituti re- citandas diligenter revisas per eumdem Eminen- tiss., & Rm̄m D. Card. Gabrieili appro- bavit, & imprimi posse concessit die 21. Ja- nuar. 1702.

*Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis.*

Quartum Decretum.

Sac. Rituum Congregatio referente Eminen- tiss., & Reverendiss. D. Cardinale Gabrieilio ad humillimas preces P. D. Joannis Francisci Rotæ Vicarii Generalis Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulxit Monachis utriusque sexus Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis, festa, & officia propria, atque Missas SSma Coronæ Spinez D. Nostri Jesu Christi, & Beatisima Virginis Mariae, & plurium San- torum posse celebrari, & recitari benigne con- cesserit: Ad pius modo preces ejusdem Emi-

Officium proprium supradictum per eumdem E- minentissimum D. Cardinalem Gabrieili dili- genter revisum, & utrumque imprimi posse con- cessit. Die 18. Martii 1702.

*Congregationis Sancti Bernardi Ordinis Cisterciensis.*

Sac. Rituum Congregatio, referente Eminen- tiss., & Reverendiss. D. Card. Gabrieilio ad hu- millimas preces P. D. Henrici a S. Philippo Ne- rio Visitatoris Provincialis Provinciae Romanae Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis benigne indulxit Monachis utriusque sexus Congregationis prædicti Ordinis, ut lice possint celebrare festa, & recitare sub ritu dupli majori officia, & Missas harum festivitatum B. M. Virginis videlicet Desponsationis cum S. Jose- pho die 20. Februarii, Septem dolorum fe- ria sexta post Dominicam Passionis, de Monte Carmelo die 16. Julii, Sanctiss. Rosarii die 3. Octobris, Patrocinii die 10. Novembris, & Expectationis die 18. Decembris, necnon, ut libere, ac lice possint celebrare festa, & re- citare sub ritu dupli officia, & Missas aliquo- rum Sanctorum ejusdem Instituti, ut infra indica- tur. Die 30. Januar. S. Gerardi Confessoris. Die 19. Februarii S. Bonifacii Episcopi, & Con- fessoris. Die 8. Martii S. Gerardi Abbatis, & Martyris. Die 11. Martii S. Stephanii Abbatis. Die 5. Aprilis S. Julianæ Virginis. Die 13. Apri- lis Beata Idæ Virginis. Die 1. Junii SS. Marty- rum Bernardi Mariae, & Gratiae. Die 15. Junii S. Aleydis Virginis. Die 8. Julii S. Theobaldi Abbatis. Die 13. Octobris S. Mauriti Abbatis. Die 24. Octobris S. Bernardi Episcopi, & Con- fessoris. Die 30. Octobris Sanctorum Martyrum, & aliorum Sanctorum quorum corpora, & reliquiae in Ecclesiis ejusdem Congregationis asser- vantur, & sub ritu dupli majori. Die 14. No- vembris translationis Corporis S. Bernardi Abbatis Claravallensis, atque die 27. Novembris omnium Sanctorum Monachorum Ordinis Cisterciensis. Item omnes supradictas orationes, Hymnos xx. RR. Cap. Antiphonas, & Lectiones proprias in Festis, Officiis, ac Missis præ- facit B. M. V. & prefatorum Sanctorum, alio- rumque Sanctorum Monachorum Jampridem in Breviario Monastico contentorum recitandas, diligenter revisas, & relatas per eumdem Emin- entissimum & Reverendiss. Dominum Cardinale Gabrieili, approbavit, & imprimi posse concedit, una cum Kalendario supradicto, quod in posterum debeat unice observari in to- ta præfata Congregatione S. Bernardi non ob- stantibus quibuscumque alius Decretis hujus Sacrae Congregationis ante hoc emanatis in fa- vorem prædictæ Congregationis, salvis tamen remanentibus Decretis spectantibus ad Officia, uti superius de novo ordinata sunt. Sanctorum Benedicti, & Bernardi Abbatum semel in hebdomada, & S. Scholasticæ Virginis se- mel in mense extra tempus Adventus, Qua- dragesimæ, & Vigiliarum recitanda. Die 1. Ju- lii 1702.

*Ordinis Cisterciensis.*

Cum Sac. Rituum Congregatio, referente Eminen- tiss., & Reverendiss. Dom. Cardinale Gabrieilio sub die 13. Augusti, & 3. Decembris 1701, & 21. Januarii, 18. Martii, & prima Julii 1702. Monachis utriusque sexus Congre- gationis Reformatæ S. Bernardi Ordinis Cisterciensis, festa, & officia propria, atque Missas SSma Coronæ Spinez D. Nostri Jesu Christi, & Beatisima Virginis Mariae, & plurium San- torum posse celebrari, & recitari benigne con- cesserit: Ad piis modo preces ejusdem Emi-

ANNO  
1710.  
Jefu Christi  
feria 3. post  
Dominicam  
Passionis  
cum Missa, &  
Officio pro-  
prio.

Quintum  
Decretum.

Festa B. M.  
V. que cele-  
bratur posse  
concedit  
ritu dupli  
majori,  
cum Missa &  
Officio pro-  
prio.

Aliorum  
SS. festa sub  
ritu dupli.

Orationes,  
hymni. Ref-  
ponforia, Ca-  
pitula, Anti-  
phona, &  
Lectiones  
propriæ ab  
eadem Sacr.  
Rituum Con-  
gr. approba-  
tae ad usum  
Monacho-  
rum Cister-  
ciensium.

Sextum  
Decretum.

Facultas  
celebrandi  
festum SS.  
Coronæ Do-  
mini Nostri

& Rm̄i

ANNO  
1710.

C L E M E N S U N D E C I M U S.

489

ANNO

1710.

Pudentianæ  
V. & M. & re-  
citatæ sub ri-  
tu duplice  
majori ejus  
Missam &  
Officium:

Decimum  
Decretum.

Facultas ce-  
lebrandi fe-  
stum S. Hum-  
belinae cum  
Officio sub  
rito duplice.

Undecimum  
Decretum.

Approbatio  
novi Kalen-  
darii pro om-  
nibus Monachis  
utriusque sexus  
totius Ordinis  
Cisterciensis.  
Cum elogio  
in Choro re-  
citandis ad  
Lectionem  
Martyrologii  
Romani juxta  
Rubricas  
ejusdem Mart-  
yrologi.

Diodeci-  
mum Decre-  
tum.

Omnis utri-  
usque sexus  
Cistercienses  
die 14. Jan-  
featum cum  
officio SS.  
Nomini Jesu  
celebrare  
possunt,  
translati in  
diem 14. Febr.  
festo, atque  
Officio S.  
Guarini Ep.  
& Conf.

Decimum  
tertium De-  
cretum.

Officium  
cum feito SS.  
Corona D.  
N. J. C. exfe-  
ria 3. post  
Dominicam  
Pascionis  
transfertur in  
feriam 6. ante  
ipsum Domini-  
nicam.

S. i. Cum

Septimum  
Decretum.

Festa SS.  
Pontificum  
& Confesso-  
rum, que  
cum suis Of-  
ficiis celebra-  
ri possunt sub  
rito duplice  
ab omnibus  
& singulis  
Monachis  
utriusque sexus  
totius  
Ordinis Ci-  
sterciensis.

Ostatum  
Decretum.

Omnibus  
Monachis  
utriusque sexus  
totius  
Ordinis Ci-  
sterciensis in-  
dulgetur, ut  
celebrare  
possit festa B.  
M. V. & supra  
recessitorum  
SS., etiam si  
Moniales Ci-  
stercienses  
utantur Bre-  
viario Romano:  
ad ejus  
tamen ritum  
aptari defi-  
gnata suis lo-  
cis Officia.

Nonum De-  
cretum.

Facultas  
conceditur,  
ut in omni-  
bus Monasteriis  
Congregatæ  
Reformatæ S.  
Bernardi Provin-  
cia Romana  
celebrare pol-  
sint festum S.

& Rmni Domini Cardinalis extendit, & concessit omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciens. eamdem prorsus facultatem, ut supra celebrandi omnia predicta festa, ac recitandi memorata officia propria, & Missas, atque acceptandi proprium Kalendarium, eodem prorsus modo, quo illa supradicta Congregationi Reformatæ S. Bernardi concessa fuerunt in pranarratis Decretis hujus S. Congregationis. Die 9. Decembris 1702.

Ordinis Cisterciensis.

Sac. Rituum Congregatio referente, & suppliante Emo, & Rmo. D. Cardinale Gabriello benigne indulxit omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ord. Cisterciensis, ut licite possint celebrare festa, & recitare sub rito duplice officia, & Missas horum Sanctorum Summorum Pontificum, & Confessorum, ut infra die 19. Januarii S. Agathonis. Die 18. Februarii S. Gregorii Secundi. Die 25. Maii S. Bonifacii IV. Die 28. Maji S. Gregorii VII. Die 12. Junii S. Leonis III. Die 17. Julii S. Leonis IV., atque omnes suprascriptas orationes, & lectiones proprias in festis, & officiis praedictorum Sanctorum recitandas diligenter revisas, & relatas per eundem Eminentiss., & Reverendissimum Dominum Cardinalem Gabriellum approbat, & imprimi posse concedit. Die 20. Jan. 1703.

Ordinis Cisterciensis.

Cum Sac. Rit. Congregatio referente, & suppliante Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriello sub die 9. Decem. 1702. benigne indulserit omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciens., ut possint celebrare festa, ac recitare Missas, & Officia propria Sanctorum Coronæ Spineæ Dom. Nostri Jesu Christi, & Beatissimæ Virginis Mariæ, ac plurimum Sanctorum jam per varia Decreta huius Sac. Congregationis concessa, & impresa juxta Ritum Breviariorum Monastici pro Monachis Reformatis utriusque sexus S. Bernardi ejusdem Ordinis Cisterciensis: Ad piis modo preces ejusdem Eminentiss., & Reverendiss. Domini Cardinalem Gabriellum concedit omnibus Sanctorum Officiis Ordinis Cisterciensis, que utuntur Breviariorum Romanorum, ut adaptare possint predicta officia juxta Ritum Breviariorum Romanorum, eaque sic accommodata faciant typis imprimi, neconsecundum eadem festivitates valeant celebrare facere Missas per Capellanos Ecclesiæ earamdem servitio additæ cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas in instar concessionum alias factarum sub die 24. Jan. 1688. Monialibus Cisterciensibus S. Susanna de Urbe, sub die 18. Jun. 1689. Monialibus Cisterciensibus S. Ursula Bononia. Die 23. Jun. 1703. Ita reperiuntur in Regestris Decretorum Congregationis Sac. Rituum In quorum fidem die 28. Jul. 1710. G. Cardinalis Carpineus. -- B. Inghirami Secretarius.

Congregationis Reformatae S. Bernardi Ordinis Cisterciens. Provincia Romana.

S. Rit. Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriello ad humillimas preces P. D. Henrici a S. Philippo Neri Visitatoris Provincialis Provincia Romana Congregationis Reformatae Sancti Bernardi Ordinis Cisterciens benigne indulxit Monachis dumtaxat Provincia Romana prædictæ Congregationis Reformatae S. Bernardi, ut die 19. Maii possint in omnibus Monasteriis, & Ecclesiæ tam in eisdem Provincia Romana, celebrare festum S. Pudentianæ Virginis, & recitare sub rito duplice majori Missam, & Officium d. S. Pudentianæ ad relationem ejusdem Eminentiss.

Domini Card. Gabrielli approbatum die 8. April. 1702. ab hac Sacra Congregatione pro Monachis S. Pudentianæ de Urbe. Hac die 20. Januar. 1703.

Ordinis Cisterciensis.

Sac. Rit. Congregatio supplicante, & referente Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Cardinale Gabriello, approbat officium proprium supra descriptum S. Humbeline Vidua, benigne que indulxit omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis, ut dicte possint celebrare festum, & recitare sub rito duplice die 12. Februarii prædictum officium proprium S. Humbeline, illudque imprimi posse concessit, non solum secundum Ritum Breviariorum Monastici, sed etiam secundum Ritum Breviariorum Romani pro Sanctimonialibus Cisterciensibus utentibus eodem Breviario Romano. Die t. Sept. 1703.

Ordinis Cisterciens.

Cum Sac. Rit. Congregatio referente Eminentiss., & Reverendiss. Dom. Card. Gabriello sub diebus prima Julii, & nona Decembris 1702, omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis concesserit novum Kalendarium proprium ordinatum, & adactum compluribus officiis propriis pro dierum diversitate ab hac Sac. Congregatione jam approbat: Ad piis modo preces, & relationem ipsius Eminentiss., & Reverendissimi Domini Cardinalis Gabrielli, eadem Sacra Congregatio pro omnibus Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis dumtaxat approbat, & imprimi posse concedit suprascripta elogia publice in Choro recitanda in Lectione Martyrologii Romani juxta Rubricas ejusdem Martirologii. Hac die 24. Nov. 1703.

Ordinis Cisterciensium.

Sac. Rituum Congregatio, referente, & suppliante Eminentiss., & Reverendiss. Domino Cardinale Gabriello benigne indulxit omnibus, & singulis Monachis utriusque sexus totius Ordinis Cisterciensis, ut quotannis die 14. Januarii licite possint, & valeant celebrare festum, & recitare sub rito duplice secundæ Classis officium & Missam de SS. Nomine Jesu alias approbat, & plures concessa ab hac Sac. Congregatione translato ad diem 14. Februar. festo, & officio S. Guarini Episcopi, & Confessoris. Hac die 15. Febr. 1710.

Ordinis Cisterciensis.

Cum S. Rituum Congregatio, referente Eminentiss., & Reverendiss. D. Card. Gabriello sub die 18. Mart. 1702. Monachis Reformatis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis festum, & officium proprium Sanctiss. Coronæ Spineæ Dom. Nostri Jesu Christi in feria tertia post Dominicam Passionis posse celebrari, ac recitari sub rito duplice majori benigne concesserit, eamque gratiam ad omnes Monachos Cistercienses utriusque sexus die 9. Decem. 1702. extenderit: Ad piis modo preces Eminentiss., & Reverendiss. Domini Card. Gabrielli pro toto Ordine Cisterciense utriusque sexus porrectas, eadem Sacra Congregatio transfert ad feriam sextam ante Dominicam Passionis Officium Sanctissimæ Coronæ Spineæ sub eodem Ritu duplice majori. Die 21. Jul. 1710. -- Ita reperiuntur in Regestris Decretorum Congregationis Sac. Rituum. In quorum fidem die 28. Jul. 1710. -- I. Cardinalis Carpineus. -- B. Inghirami S. Rit. Congr. Secretarius.

1710.

Memoratus  
Card. Gabrilius sup-  
plicat Summo Pontifici  
pro Confirmatione re-  
censtorum Decreta-  
rum.

Annuit Pon-  
tífex ejus  
precibus.

Clauſula.

§. 1. Cum autem, sicut prædictus Joannes Maria Cardinalis nuper exposuit, ipse Decreta hujusmodi quo firmius subsistant, & serventur exætius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret; Nos specalem ipsi Joanni Mariz Cardinali gratiam facere volentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tredecim Decreta præinserta, & eorum quolibet auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate prædicta Congr. Cardinalium.

§. 2. Decernentes eisdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: sive in præmissis per quoscumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Reformatæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum infertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse dergamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptris, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat, die XXV. Septem. MDCCX. Pontificatus nostri Anno Decimo.

C II.

Confirmatur Decretum Capituli Provinciæ Romanæ Congregationis Italæ Fratrum Carmelitarum Discalce. de pecuniis investiendis.

*Inn. XII. Const. ed. 1692. Nov. 22. P. 2. confirmata fuere quodam decreta pro pace inter utramque Congregationem. Et Bened. XIII. Conf. edita 1728. Jun 22. P. 5. mandatur Donatis, ut exerceant humiliatis opera.*

Dat. 26. Sept.  
1710. An. IC.

CLEMENS RAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

E xponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Prior Provincialis, & Definitores Provinciales Provinciæ Romanæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Italæ Ordinis B. Marie Virginis de Monte Carmelo, quod in Capitulo Provinciali dictæ Provinciae die 22. Aprilis anni proxime præteriti celebrato decretum fuit, ut in posterum Conventus Provinciæ hujusmodi pecunias ad ipsos quomodolibet spectan., per sonis particularibus ad censum tradere nequeant, sed illas in tot locis Montium Cameræ nostra Apostolicæ non vacabilium, sive censibus cum locis pii, & communitatibus investire, aut in emptio-

nem bonorum stabilium fructiferorum convertere, & erogare teneantur, & alias prout uberioris continetur in Decreto Diffinitorii Provincialis memorata Provinciæ despacer emanato tenoris, qui sequitur, videlicet. Ex actis Capituli Provincialis fratrum Carmelitarum Discalceatorum ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Provinciæ Romanæ S. Mariæ celebrati Caprarolæ in nostro Conventu S. Mariæ in S. Silvestro in fest. vespertina fer. 2. die 22. mensis Aprilis 1700. Cum ex creatione censuum cum personis particularibus saepe deperdantur, aut periculum subeant capitalia, & eorum fructus, indeque plures quotidie lites debeant excitari. Propositum fuit, an sit ordinandum ne in posterum Conventus possint tradere ad censem personis particularibus pecunias quomodolibet ad ipsos spectan, sed teneantur reinvestire illas in locis Montium, vel cum locis pii, aut communitatibus, aut in emptione Terrarum frugiferarum; Et hoc non intelligatur, si capitale non ascendet ad scuta centum, tunc enim recurratur ad Definitionem Provincialiæ, quod re mature examinata, decernat, quid faciendum in casibus particularibus sub pena suspensionis per sex menses Prioribus contrafacient. quod si haec pena locum habere non possit, sicut privata voce activa, & passiva per idem tempus: responsum est affirmative per secreta suffragia cum omnibus. Item propositum fuit pro majori firmitate supradictæ ordinationis, an servatis servandis fit recurrentum ad S. D. N. supplicando pro confirmatione in forma Brevis; Responsum est affirmative cum viginti octo ex viginti novem. - Fr. Matthæus a Sancta Maria Provincialis &c. - Fr. Eusebius a Sanctis Capituli Secretarius &c.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungetur, Capitulum Provincialiæ prædictum confirmationem Decreti hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione ab hac S. Sede impetrari mandaverit: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulegere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censoriis, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositorum, qui dilectum filium modernum Præpositum Generalem dictæ Congregationis super præmissis audiverunt consilio Decretum præinserum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui despicer quomodolibet intervenerint, supplementum. Salva tamen semper in præmissis Auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: Sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus

Preces Pri-  
oris, & Diffi-  
nitorum.Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clauſula.

fit,

ANNO

1710.

Decretum  
Prædict. de  
pecuniis in-  
vestiendis in  
locis Monti-  
um, sive cum  
Communitati-  
bus, vel in  
Terris fru-  
feris, cum  
quadam ex-  
ceptione.